

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA.

MAGYAR
TÖRTÉNELMI EMLÉKEK.

KIADJA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA

TÖRTÉNELMI BIZOTTSÁGA.

ELSŐ OSZTÁLY.

20
HUSZADIK KÖTET.

BUDAPEST, 1873.

EGGENBERGER FERDINÁND M. AKADEMAI KÖNYVÁRUSNÁL.

bere potuero, siue que comparauero, absque ulla contradictione sepe dicte Ecclesie me plenarie daturum deuoueo. Dabo etiam unum seruum nomine Cratsen; ita ut nec filij post mortem meam, nec uxor, nec aliquis de cognatis meis ab Ecclesia ullomodo eundem possit requirere, sed perpetua libertate seruiat loco sepulture mee pro salute anime sue et mee filiorumque meorum ac successorum, obediens per omnia domino Abbati ac fratribus, et sibi suus succedat filius. Quod si iure Patronatus potitus non fuero, nichilominus tamen pecuniam, quantamcunque, excepto Cratsen uel terris, in simplici argento, in equis, in ouibus, in bubus, et in omnibus mobilibus Ecclesia sepe dicta ex parte habuerit, nullo contradicente possidebit Omnipotenti Deo et genitrici eius in elemosinam oblatam; nec unquam aliquis nostrum ex predictis aliquid requirere ex ea poterit. Datum anno Domini millesimo CC^oXXX^oVII^o Suprunii testibus quam pluribus rei veritatem scientibus.

(Eredetie börhártyán, melyről a pécset hártyszínegen függ, a budai kir. kamarai levéltárban.)

207.

*Dénes nádornak Oxzeu Sz. György helységét tárgyazó ítéllete
Csapó comes és Tibor mester közt. 1237. körül.*

Nos Dyonisius Comes de Sounue uniuersis quibus expedierit significamus, quod Comes Chopou ex una parte, Magister Tibureius ex altera eorum nobis constituti a nobis humiliter postularunt, quod partem terre, que dicitur Oxzeu Sengurg, quam eis contulimus, eis diuidi faceremus. Nos nero ad illorum petitionem misimus quosdam nobiles uiros probos hac fide dignos uice nostri ad diuidendam predictam terram, scilicet Dominicum de Ayca, Emricum filium Vgod, Michaelen

de Nemil, Petconem de Comareha, Porag, Fareasium filium Tholimer. Qui ad nos redeuntes taliter diuisam metis terreis eleuatis et signis interpositis coram utraque parte nobis asseruerunt: Prima meta huius terre incipit a cadam ualle, que dicitur Zuhodol iuxta magnam uiam, ibi est arbor flexa, que dicitur *gertanfa*; inde uertitur uersus oriens in cerasum; inde procedit uersus meridiem per metas et signa ad magnam uiam; inde per uiam tendit aliquantulum, et relicta uia uertitur in dextrum; inde tendit uersus meridiem per campum per metas et signa in siluam; inde tendit per siluam per signa in arboribus, et uenit ad uiam; inde tendit per uiam aliquantulum, et relicta uia uertitur in sinistrum; inde tendit per signa in arboribus, et exit de silua, et tendit per campum per metas et signa, et descendit in riuium Zuchodol; quem transiens ascendit montem, et ibi sunt mete; inde tendit per uerticem montis huius per metas, et descendit in magna ualle, ubi sunt piscine; inde tendit superius per uallem ad caput eiusdem uallis; inde tendit per siluam per signa in arboribus uersus meridiem, et uenit ad magnam uiam, que uenit de Gorbonygeh in Casmieha; et ibi terminantur mete dicte terre, et terminantur terre Castri. Et sic dicta terra diuisa uersus occidentem pertinet ad Magistrum Tibureium, uersus uero oriens pertinet ad Comitem Chopon. Vt igitur hec particio sit stabilis perpetuo inter eos, et ne ulterius possit fieri super hac diuisione huius terre inter eos aliqua contencio, litteras sigillo nostro munitas eis contulimus reseruandas.

(Eredetie bõrhártyán, melyről az ibolyaszínű-sárga selyemzsinóron függött pecsét elveszett, a budai kir. kamarai levéltárban.)